



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicorvm, 1607

S. Conon Isavricvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

ANNOTATIONES.

Obserua verecundiam virginis, quæ velabat caput, ne læderet illa alios, aut ab aliis læderetur. tradit Ioannes Moschus Euiratus c. 78. virginem quandam mortuam à sepulchrorum quodam violatore vestibus exutam, à qua mox ille sit in ipso tumulo comprehensus, & grauissimis verbis increpitus, cum illi virgo summi iudicis supremum tribunal diu minitata esset, tandem subiecit. *Quam infelicissime hominum, rationem redditurus es Christo de scelere in me perpetrato, ante ipsius tribunal tremendum, quod cum, viuente me, nullus extra domesticos meos viderit faciem meam, tu post mortem in ipso tumulo me nudaris.* tu lege quæ ibidem sequuntur.

S. autem Dominae meminit Menologiū quoque 1. Martii.

S. CONON ISAVRICVS. 5. Martii.

Vixit hic SS. Apostolorum æuo, Bydanna vico profectus, Nestoris & Nadæ filius, cui cum parentes sponsam in matrimonium dedissent, cum illâ virginitatem maluit colore. Ferunt hunc à D. Michaelæ cœlestium legionū principe, ad Christianâ legem, vt & in vitæ auctricis Trinitatis nomine Baptismum susciperet, & mysteria sanctissima (Eucharistię) perciperet, informatum, virtuteque miraculorum donatū.

*De tribus
aliis Cono-
nibus Io.
Euiratus
c. 3. 15. 22.
Nō est hic
ex illis, nec
ille Mar-
tyr Cypri-
de quo ta-
mē Menææ
hoc eod. die
S. Menol.
8. Martii.*

Hinc

*par coniu-
gum virgi-
neum.*

Hinc Annam (hoc enim erat ei nomen)
coniugem suam induxit, vt secum iuxta il-
libatum virginitatis florem custodiret. Pa-
rentibus prius ad Christi fidem & baptis-
mum perductis. Vnde & patri auctor fuit
vt ob martyrii lauream non dubitaret pro
Christo emori: Idolorum vero cultores
Diis sacrificaturos, deterrimo & atro tarta-
ri monstro in antro quodam tradidit, & vt
Christum conditorem mundi agnoscerent,
ipso demone palam affirmante se Deum nõ
esse, effecit, ita vt ingens multitudo accla-
maret, vnus Deus est Cononis, quæ vox ho-
dieque apud Isauros in illius Sancti celebri-
tate magnificè prædicatur. Tantam porro
vim & potestatem in dæmonas accepit, vt
aliis agros committeret, & frugum custo-
des poneret, alios autem testis ob signatis
inclusos, in ædis suæ ædificandæ fundamen-
tum defoderet. Sed martyr illius modus
hic fuit. Præsidente Magno ditionem illam By-
danæ cum imperio obtinente, sanctus Co-
non comprehensus, & ad præsidem addu-
ctus, cum Christum Deum verum publicè
pronunciaret, atrociter cæditur. Sed cum
populus ad eum eripiendum certatim con-
curreret, & præsidem aggrediretur, pro-
fugit ille, turba vero sanctum à palo soluit,
eius

eiusque vulnera absterfit, & in suam ipsius domum deduxit, vbi transacto biennio ad Dominum migravit. Aiunt post ipsius è vita decessum, ædes eius in templū versas, testasq; illas, quibus malos genios incluse- rat, repertas, quarum vnam, cum resignas- sent, quod thesaurum ibi latere ob pondus arbitrarentur, statim fulminis instar eru- pisse dæmonas, vt omnes exanimati conci- derent, & quidquid instauratum erat, pro- cumberet, nemoq; omninò post occasum solem auderet ad locum illum aspirare. Sed non diuturna fuit hæc dæmonum tyrannis, quam per sancti viri preces, cum populus se se votis, vigiliis & ieiuniis dedisset, mox depulere.

A N N O T A T I O.

E Numerauimus supra p. 72. & seq. nonnullos qui in matrimonio vel perpetuam, vel ad mul- tos annos coluere virginitatem & castimoniam. Adde illis, præter hunc Cononem, Eduardum An- glia regem, DD. Iulianum & Basiliscam: S. Anti- gonum & Euphrasiam: S. * Apenianum & Mela- ** al Pini-
anum.*

S. ANASTASIA PA- 10. Martii
TRICIA.

L

Iusti